



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Memnon. Philostratus, in Memnone. Descriptio XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Confer cum ista descriptionem Luciani, quæ habatur aduersus indoctum.

CITHAROEDVS.

Apuleius, lib. 2. florid.

Descriptio XVII.

Adolefcens est visenda pulchritudine, crinibus, fronte parili, separata, per malas reuulsus: ponè autem, coma prolixior interlucentem ceruicem scapularum finibus obumbrat: Ceruix succi plena, malæ vberes, genæ teretes, ac modico mento iaculantur, eique profusus citharædicus status, deam contpiciens, canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus, ipsos Græcanico cingulo, chlamyde velat vtrumque brachium, adusque articulos palmarum. Cætera decoris instrumentis dependent, cithara baltheo calata, apta stricim sustinetur: manus eius tenera procerculè læua distantibus digitis nervos molitus, dextra psallente gestu, pulsabulum citharæ admouet, seu paratâ percutere, cum nox in cantico interquieuit: interim canticû videtur ore tereti, & semihiantibus in conatu labellis eliquare.

MARSYAS.

Ex eodem Apuleio.

Descriptio XVIII.

EO genitus Marsyas, cum in artificio patrisaret tibiçini, Phryx cætera, & barbarus, vultu ferino trux, hispidus, illutibus, spinis, & pilis obsitus: fertur (proh nefas) cum Apolline certauisse, turpis cum decoro, agrestis cum erudito, bellua cum Deo; Musæ cum Minerua, dissimulamenti gratia, ludices astitere, ad deridendam scilicet monstri illius barbariem, nec minus, ad stoliditatem illius puniendam: sed Marsyas, quod stultitiæ maximum specimen est, non intelligens se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se, & Apolline quædam deliramenta barbarè effutiuit, laudans se, quod erat, & coma relicinus, & barba squalidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, & fortuna e-genus.

M E M N O N.

Philostratus, in Memnone.

Descriptio XIX.

Σκόπει γάρ ὄβρις μὲν κείτου καὶ τῆ γῆς. ὄβρις ἡ δὲ τῆ βοσρύχων ἀσαχυνε, οὐδὲ οἰμοῖν νεῖλα ἔξερει. νεῖλα γάρ Αἰγύπτιοι μὲν ἔχουσι τὰς ἐκβολὰς, ἀβῆσπιες, τὰς πηγὰς, ὅρα τὸ εἶδος ὡς ἔρρωται, καὶ τὸ ὀφθαλμῶν ἀπολεότων, ὅρα τὸ ἴσον ὡς καὶ ἡλικίαν τῶ κτείναντι. αὐτὸν ἀν μέλανα φαίης τὸ μέμνονα, τὸ γάρ ἀκράτως ἐκ αὐτῶ μέλαν ὑποφαίνει τὸ ἀνθοῖς.

ETenim aduerte, quantum humi iaceat, quantaque cinnorum spica, quos, puto, Nilo nutrebat, Nili enim ostia Aegyptij, fontes Aethiopes habent: aspice quantum species ipsa roboris, oculis etiam extinctis praeferat: aspice praeterea lanuginem, quam intersectoris atari congruat, ne nigrum quidem diceret, Memnona: nam quæ ipsi inest sincera nigredo, floris nescio quid prae se fert.

MELEAGER VENATOR.

Philostratus in Meleagro.

Descriptio XX.

Φερε δὲ καὶ τὰ περὶ αὐτὸν εἰπωμένω. συφνὸς μὲν ὁ νεανίας, καὶ πάντη σφρηγῶν

AGedum, etiam quæ ad ipsum spectant, commemoremus: Callosus est, ac rigidus